



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

2. De filia Iairi Archisynagogi resuscitata. Matt. 9. Mar. 5. Luc. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

soliditatis virtutum, & augmenti gratiæ sanctificantis, quibus æternam felicitatem sibi promereantur! Zelus feruenter in omni perfectione & sanctitate proficiendi, & merita augendi.

*De filia Iairi Archisynagogi resuscitata. II.*  
Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8.

I. **I**esus cum à Iairo Archisynagogo, coram se prostrato, multum rogaretur, ut filia in extremis existenti manum imponeret, & sanaret, confestim relictâ turba, qua circa ipsum erat, sequebatur eum cum discipulis suis. En quàm paratus verè benignus & misericors Dominus non solum afflicto huic parenti, sic se humilianti, cum tanto desiderio ac fiducia filia sanitatem desideranti, sed omnibus afflictis similiter ad se confugientibus opitulari! Quàm longè superat hæc eius benignitas omnem paternam maternamque benignitatem! hoc credis, & adhuc eius plusquam maternæ dilectioni diffidis? Filialis fiducia & recursus ad Christum in omni angustia.

II. *Cum in via Archisynagogo nuntiaretur: Quia filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum. Iesus audiro verbo hoc, ait ei: Noli timere, tantummodo crede, & sal.*

& sal.



*& salua erit.* Quàm bonus Dominus, qui percutit & sanat, deducit ad inferos & reducit, voluit quidem hoc acerbo nuntio afflicti patris fidem probari, sed mox dignatus est eum suavissimè consolari. Sic nimirum semper cū Electis suis agere consuevit, & maximè cum ijs, quos insigni gratia hic dotare, & præcipua istic gloria sublimare decreuit. Resignatio in aduersis.

III. *Turba tumultuanti flentium & eulantiū ait: Quid turbamini? recedite, non est mortua puella, sed dormit. & exclusis omnibus, solos secum assumptis Petrū, Iacobum, & Ioannem, & parentes puella, tenensq; manum eius ait: Puella surge: & continuo surrexit.* Quanta potentia Saluatoris verbo mortuam suscitantis? quanta benignitas votis parentū tam liberaliter annuentis? quanto stupore, quanto gaudio, quanta reuerentia illi cum filiola duodenni amoris & lætitiæ lacrymis inundantes gratias egerint, & se totos eius obsequio deuouerint? Si merito illi hoc præstitere pro sanitate corporis, & vita temporali recuperata; quid tibi præstandum pro sanitate mentis, & vita æterna, quæ quouis peccato graui perditur, vel hucusque conseruata, vel  
 toties



toties restituta? Gratitude, feruor se-  
totum diuino obsequio perfectè im-  
pendendi.

De duobus cecis curatis. Matt. 9.  
vers. 27.

III.

I. **T**Ranseuntem Iesum secuti sunt duo  
caci clamantes, & dicentes: Mife-  
rere nostri fili David: cum autem venisset  
domum, accesserunt ad eum caci, & dicit  
eis: Creditis, quia hoc possum facere vo-  
bis? dicunt ei: utique Domine. Magnum  
malum cæcitas corporis, at multò ma-  
ius malum cæcitas mentis: illa priuat  
oculos corporis vsura lucis creatæ, &  
colorum: hæc priuat. oculos mentis  
vsura lucis increatæ, & rerum omni-  
um ad æternam salutem pertinen-  
tium? quanto ergò maius beneficium,  
ab hac, quam ista liberari! Si ergò  
tu ab hac liberari desideras, ne te pi-  
geat cæcos istos sepius instanter Chri-  
sto supplicantes imitari. etsi enim is  
paratissimus est te voti compotem fa-  
cere, nihilominus prius explorando  
fidem, fiduciam & resignationē tuam,  
cupit meritum tuum augere. Grati-  
do, fiducia filialis, amor.

II. Tunc